

stituta rectè gubernaretur, & disposita ciuitas optime regeretur, & aliud vnumquodque cui temperantia ipsa præficeretur, errore sublato, reditu in eamque ducere in singulis actionibus necesse est, ita viros instructos honestè atque bene agere, bene autem agentes beatos esse. An non sic, ô Critia, de temperantia dicebamus, dicentes quantum bonum sit nosse que nouit aliquis, & que non nouit? Ita profus, inquit. Nunc autem vides nullam scientiam talem esse nobis apparuisse. Video equidem. Nunquid bonum hoc continet, ea quam nunc inuenimus temperantiam esse, scilicet & scientiam & infirmitatem scire: quod quicquid discendum tentabit, qui hac armatus est, facilius perdisset, clarioraque omnia illi se offerent, vtpote circa omnia que discenda sunt, scientiam ipsam prospicienti, alioque melius in his rebus examinabit quæ ipse discet. Qui autem ab his, hoc examinantibus, imbecillius & ineptus hoc faciunt. An eiusmodi quædam sunt, ô amice, que nobis excoGITAMUS, idque maius quam sit esse requirimus. Fortè hic est, inquit. Fortitan, inquam ego, fortassis etiam nihil conferens indagauimus. Quod quidem inde coniecit, quia absurda quædam sequi videntur circa temperantiam, si ipsa sit talis. Videamus ergo si placet, concedentes fieri posse vt constet scientiam sciri quodque in principio positum, temperantiam videlicet esse, cognoscere que nouit aliquis, vel nō nouit: ea re ne illam priuemus, sed demus potius, hisque cōcessis, diligētius etiam inuestigemus, vtrum in præsentia non iuuet, si talis existat. Quæ enim dicebamus modò, quod ingens quoddam nobis esset temperantia boni, si talis esset, regens disputationem aliam, domiumque & ciuitatem, haud rectè, ô Critia, concessisse videtur. Quam obrem, inquit? Quoniam facile nimium asserimus bonum ingens fore hominibus, si nostrum singuli que quidem cognoscant, egerint: que verò ignorant, scientibus aliis quibusdam dimiserint. Nonne rectè hæc asserta sunt? Non, inquam, vt mihi videtur. Absurda reuera loqueris Socrates. Per canem, inquam, ita in præsentia mihi videtur: atque hic illum intutus, dixi mihi absurda apparere, meque timere ne minus rectè considerarem. Reuera enim si talis est temperantia, haud sanè video quid nobis asserat boni. Quæ ratio, inquit, dicas, vt & nos quid sentias, cognoscamus. Nugatum quidem me arbitror. Necesse tamen quod occurrit, considerare: neque frustra ac temere prætere, si quis ipsius quoquo modo habet curam. Scitè loqueris, inquit. Audi iam meum somnium, siue per cornu, seu per ebur emerit. Si enim nobis quam maxime dominare temperantia talis existens, qualem modò describimus, vti que secundum scientias ageret, neque aliquis gubernatorem esse se iactans, eum minime sic, nos falleret, neque medicus, neque dux exercitus, neque alius vilius scientie falsus professor nos effugeret. His hunc in modum dispositis, aliud quiddam nobis contingeret: nam melius quam nunc corporibus valeremus, & in maritimis militariibusque periculis tutiores euaderemus. Vasa item & instrumenta, vestes, calceos, vniuersam denique suppellectilem ex arte magis commodiusque instituta possideremus, ex eo que veris artificibus vteremur. Quod si etiam velis, vaticinationem concedamus futuri scientiam esse, & temperantiam illi præficerem vanos ostentatores vitare, veros autem vates ad futurorum prædictionem eligere. Ita

profecit genus hominum institutum, quod scitè ageret viuereque, assentior. Nam cultos vitæ hominum temperantia nunquam subire perisciam, & viribus vti suis permitteret: quod autem secundum scientiam agentes, bene ageremus, esse mihi beati, nondum percipere possum, ô amice Critia. Haud facile alium bene agendi finem profecit omnesque reperiens, inquit, si actionem secundum scientiam sperueris. Paulo diligentius inquam, explicita secundum quam scientia. Num secundum scientia coriarum? Non per Iouem, inquit. An fortè ætaria fabricam? Neque istam, inquit. Num secundum huiusmodi artificiumque lignorum, aut quiddam huiusmodi? Neque istud, inquit. Haud vlcus itaque eo in sermone standum videtur, quo asserbatur beatè esse illum qui secundum scientiam viuere, nam hic secundum scientiam viuere, beatè viuere abs te minime affirmantur, sed ex his qui circa quædam scitè viuunt, placet mihi vt beatus excipiar. Ac forsitan dicis, quem ego paulò antè dicebam, vatem futurorum omnium præfium? Quem inquam? Nunquid eum hominem qui non futura solum, venientiam præterita præsentiaque cognoscit, nihilque ignorat? Fingamus eiusmodi alique: hoc tu nemine alium magis è scientia viuere dicas, vt arbitror. Neminem profus, inquit. Hoc item addatur, quænam scientiarum potissimum beatum facit, num similiter eum sit? Non similiter, inquit. Verum qualis maxime illa? Quæ quis nouit præfens, & præteritum atque futurum? Nunquid ea qua talis ludere? Quid talos megoras, inquit? An fortè qua computare? Nequaquam. Num qua salubria? Hæc quidem magis. Illa vero quam dicis maxime in qua, qua quid? Quæ bona ac mala? Ô improbe, iam dudum me clam circulo quodam circunducis, occultaque quod id quod facit bene agere, & beatum esse, non sit scienter & secundum vniuersas scientias viuere, imò secundum vnam quandam boni malive scientiam. Porro si velis, ô Critia, ex aliis scientiis hanc efferre, minus & ipsa medicina sanos efficit, & coriaria calceos minus suppedabit, minusque textoria vestes, gubernatoria, maritima pericula, militaria belli discrimina declinabit, seruabitque minus? Nihil minus, inquit. At verò, ô amice Critia, in qua, sublata hac ipsa scientia boni scilicet, atque mali, nihil horum bene vtiliter ageretur. Vera loqueris, inquit. Haud hæc, vt videtur, temperantia est, sed ea cuius opus est nobis profecit. Non enim scientiarum & infirmitatum scientia est, sed boni malive cognitio. Quæ circa si vtilis nobis est temperantia, ad aliud quiddam confert. An non profecit & hæc, inquit? Nempe si scientiarum scientia est temperantia, ceteris que scientiis præfedit, huic quoque scientie boni malumque discernenti similitur imperans, nobis proderit. Nunquid bonam corporis valetudinem præfedit, inquam, hæc potius quam medicina? cæteraque artium aliarum opera hæc efficit, artifices autè singuli propriis cessantibus operibus? An non iam pridem inter nos confluit temperantiam esse scientie, infirmitate scientia, nec vilius alterius facultatis? an non ita? Ita profus apparere, inquit. Non ergo erit opifex fanitatis, inquam. Nō inquit. Alterius enim artis opus est fanitas. Alterius certè. Neque vtilitatis igitur, ô amice. Nam alteri hoc opus arti paulò antè tribuimus, nōne? Maxime. Quo pacto itaque vtilis nobis temperantia erit, quum vtilitatis nullus

LACHES PLATONIS,
VEL, DE FORTI-
TUDINE.

MARSILII PICINI
ARGUMENTVM.

Nullus sit artifex? Nullo modo videtur, ô Socrates. Videlicet Critia, me supra non iniuria timuisse, meque ipsum culpasse, quod nihil magnum & vtile de temperantia perisciam. Nunquam enim quod omnium conceditur pulcherrimum, hoc nobis apparuisse inutile, si quo pacto ad rectè inquirendum ipse vtilis esset. Nunc autem passim succumbimus, neque inuenire valeamus ad quid potissimum significandum temperantia nomen instituit ipse nomen autor, quamquam multa concessimus à ratione tamè penitus abhorrentia. Porro scientia scientiam esse conuenimus, recludente ratione, idque protinus resellente. Quinetia hæc ipsa scientia reliquarum scientiarum opera nosci concessimus, ratione similiter repugnante: vt vitæ temperans talis esset, vt que nouit, sciat se ipsum nosse, & que non nouit, ignorare rursus intelligat. Hoc vtiq; magnificè nimium liberèque concessimus, haud aduertentes impossibile esse, vt que nullo modo quis noscit, noscat quodammodo. In hoc autem nos consensimus, videlicet alique ignorante aliqua, quod non cognoscat ipsa cognoscere: etsi nihil est, vt mea fert opinio, quod hoc videtur absurdum. Verum tamen ita nos ineptos potius quàm duros pertinacè que hæc indagatio naða, nihilo magis veritatem inuenire poterit: sed vsque adeo seipsum irriti, vt quod iam diu nos communi consensu cōfinimus, & temperantia esse posuimus, hoc tandem inutile quiddam insolentem & contumeliosè nimium apparuerit. Tua quidem id causa potius quam mea, ô Charmides, ægè fero, si tu tam egregia specie ac temperantia animi præditus, nihil tanta virtute iuueris, nihil que ipsa in vita tibi profuit. Molestius quoque fero incantationibus gratia, quam a Thrac illo didici, si in re nullus pretij percipiendam tantum studium posui. Hæc itaque sic se habere haud satis credo, imò ignaum esse me inuestigatorum arbitror, qui pte que temperantiam magnum quoddam bonum existimè quod si habes, te beatè esse minime ambigo. Verum cogita vtrum possideas, & incantationem nō egeas. Nam si habetas, tibi equidem consulam vt me delirum putes, & inuestigandæ veritatis impotem, te verò quod est temperantior, & beatior. Et Charmides, Nescio per Iouem, inquit, ô Socrates, vtrum habeam, necne. Nam quo pacto illud intelligam, quod vos, vt ais ipse, quid sit inuenire nondum potestis. Equidem tibi non multum credo Socrates. Imò indigere incantatione me arbitror, & quantum ad me attinet, nihil obstat quo minus quotidie mihi incantationibus uocem, quoad ipse facis habere me putes. Esto, inquit Critias: verum, ô Charmides, si sic quis, argumentum illud mihi erit, quod tibi peritatis sit, quæ incantationibus Socratis te subicietas, nec ab eius latere vquam discedas. Pariturum me & passim, inquit ille, scaturum exitumato. Nempe grauitur peccarem, nisi tibi tutori meo parerem, & quod iubes exequerer. Iubeo equidem, inquit Critias. Efficiam id sedulo, inquit, quod incipiam. Quinam hi, inquam, deliberant? Nihil amplius, Charmides, inquit. Nempe decretum est. Vimne inferes inquam? neque mihi vili vicium cōsultandi relinques arbitrii? Vim profus inquit, illaturum putato, quandoquid hæc præcipit. Ad hæc tu quoque quid acturus sis cōsulta. Nullus inquam restat cōsultandi locus, nā tibi agere aliquid affectant cogitque: nemo resistere poterit. Neque tu ergo inquit repugna. Haud equidem aduersa bor inquam.

Plato sepe numero magistratus optimos legibus anteposuit, quod leges ab ipse illis omnino vidantur inuoluntate: eas enim seruabit nullas. Magistratus autem optimi ipsi sunt leges. Sed ait, Magistratus non posse optimos fieri, nisi cives viri sint optimi: neque viros fore tales, nisi adolecentes quoque puerique sint tales. Quapropter in omnibus pueri dialogis parentes in primis ad rectè educandos filios adhortatur, scientiam honestè viuere, vel scilicet gubernari præterea nunquam fore bonos in re publica principes, nisi viri sint probatissimi, statim videlicet à tenera ætate educantur ex culti. Cui autem pueritia plerumque sub domesticorum prouidentia satis sermè regatur, adolecentia vero licentiam naða solutionem in passim ab ipse ferus oberrat, merito Plato nosse plurimum de adolecentibus corrigendis fraudandisque peritatis grauiusque conquirat eam atatem, que cum mollitie lasciuiaque petulantiam sapientiaque coniungit, idque in summo discrimine posita est, tum à domesticis parum obseruari, tum à legibus, magistratibusque infeliciter negligi, præsertim cum adolecentes tam se inuicem coinquunt, quam à grandioribus passim inficiantur. Itaque in legibus & Re publica magistratum inter ceteros proprium adolecentia præfedit. Qui tanquam, vt ita loquar, episcopus exploratores quotidie tam nocte, quam die per totam mittat vrbem, singulos singulorum adolecentium mores, verba & gestus obseruaturus, singulaque eorum tum facta tum dicta ad magistratum vel ut ad patrem patrinq; fideliter delatatur. Nec tamen necessaria adolecentia dignitas soli ex omnibus Platoni fuit cura: qua quidem in re nec Aristoteles ipse Platonem potius non summo perire comprobare. Sed ad dialogum veniamus. Lyfimus & Melitias de filiis cogit aut educandis, de suis conuelli parentibus, quod publica curiosus pertrahentes, domestica filii que neglexerunt, eam tamen prima re publica cura in curanda inueniunt consiliat, & quamvis iam senes, tamen vt rectius ea de delictis, & Nicias Lachesque: etiam facis, quibus & filij sunt, ad consulendum similitur conuocant, ac ne quid minus profecit. Socratem consilio adhibent, non modo scilicet, sed & videntem, Socratem inquam, nihil aliud in omni eius vita iradantem, quam tum de omni ætate, tum maxime de adolecentia rectè curanda. Tu verò consideras interea mitas Socratem vna laudem, item veras esse laudes que à viro laude digno proficiuntur. At vero quoniam in aliis ciuitatibus iustitio legum ad mansuetudinem magis declinat quam ad iudicium, in aliis verò contrà. Plato vtrunque arbitratur periculis, & mansuetudinem audacis, & vicissim audaciam mansuetudini iubet in Politico pariter commiseri. Siquis verò Charmide Lachesi cōiunxerit, exhortationemque tum ibi ad temperantiam, tum hic ad fortitudinem inuicem copulauerit, adolecentium animas ritè contemperabit. Mitto quod in hac presentis dialogi ad fortitudinem exhortatione tam Nicias, quam Laches militarem fortitudinem vltra quam deceat, admittantur, & Nicias præter armorum ludos, quasi ad militiam præludia summo periculis, laudibus supra modum extollit. Sed hinc non iniuria Laches emendat. Post hæc sententia transferatur ad Socratem. Vbi animaduerte nullam consonantiam delectare magis, quam que in sapiente fit ex ipsa animi sermoneque concordia. Atque contrà nullam dissonantiam magis effondere, quam vbi lingua mensque dissonant. Deinde hominem peritum, etiam si bellè loquatur, audiendum non esse. Neque licere de moribus loqui nisi morato. Præterea Socratem semper consueuisse de quacunque re disputare, disputationis socium cōducere, vt totius vna sua redderet rationem: quasi aliena frustra cognoscat, nisi et ipsum notis. Adhuc necesse in primis esse se ipsum alicui examinantibus subicere, cui sepe rationes ante alia vitæ redantur. Quod quidem consensum animam à Christianis inuestitum valde confirmat. Adhuc ergo tamdiu discendum a quanda viuendum. Socrates autem omnium castissimus iudicium sibi inuentum ait: tradendum in seniores. Sed interea obseruatus à cunctis rem ipsam egreditor, ante omnia quidem diligentiam in filiis educandis probans, improbant negligentiā. Adhuc non posse fieri vt quis ad fortitudinem alique adhortetur, nisi sciat quid ipsa forti-

ficerentur. Præterea non paucis, o Lyfimache, generis huius hominibus interfui dimicantibus, & quales sint non. Licet autem nobis etiã hinc cõfiderare. Quasi enim dedita opera nullus vñquam in bello illustris euasit eorũ qui his ludis incubuerunt, quãuis in cæteris omnibus ij clari & celebres euadant, qui se frequenter exercet, soli tamen hi præter cæteros ad hoc voti impotes sunt, vsque adeo infortunati videntur. Etenim Stesileũ hunc, quem vos mecum tanta in turba sese ostentantem contemplati estis, & mira nimium proficentem, alibi quandoque inpesti certius reuera, seipsum haud sponte intuentibus demonstrat. Nauti enim in qua vehebatur, onerariam quandam aggrediente, falce cuspidata pugnat, maxima quidem, haud digna auditu sunt, hoc tamen non est silentio prætereundum, quid contigerit ex tam miro viri huius machinamento, qui toto faleem addidit, eo quidem dimicãte falce nauis fulcimentis implicuit. Trahebat autem Stesileus vt explicaret, neq; poterat: nauis autem transibat, interea nauem cursu comitabatur hastam rebens: cum verò nauis nauem iam præterisset, & is hastam tenens attraheretur, ad extremũ teli manu deuenit. Risus ergo ac strepitus oneraria in nauis onerarijs Stesileũ gestus, & ob id insuper quia lapide iuxta pedes eius in tabulatũ iacto, quidam coegit vt hastam dimitteret. Tunc sanẽ & illi qui trirēmi vehebatur haud vlterius risum cõtinere potuerunt, cum cuspidatã illam falcẽ ex nauis suspensã intueretur. Fortẽ aliquid hæc præfũnt, vt Nicias asserit, verumtamen ea quibus interfui, talia fuerit. Quamobrem vt iam à principio dixi, siue disciplina hæc est, parum prodest: siue non est, sed simulant qui hanc profectur, haud res ludio digna videtur. Ita sane arbitror, si quis timidus facultatem hanc sequatur, audaciorẽ ob hæc effectum, clariorem fore quã faciat. Sin autem fortis quispã eam sectetur, obseruatum ab omnibus, si parum quid aberret, magnas calumnias subiturum: inuidiosa nanque scientiã huius professio: quocirca nisi virtute mirum in modum cæteris præstet, qui hanc sibi scientiam vindicat, vitare non poterit quin ridiculus habeatur. Eiusmodi videtur mihi Lyfimache, huius di sciplinæ studium. Oportet autem vt ab initio dicebam, summo opere hunc Socratem obsecrare, vt circa propositam quæstionem pro sua ipse sententia consulat. **Lys.** Rogo equidem Socrates. Nam arbitri cuiusdam sententiam cõsultatio hæc desiderat: si enim hi inuicẽ conuenissent, minus eiusmodi cõsultatione esset opus: nunc postquam verò Laches, vt cernis, & Nicias dissident, prælatã audire nũc cuius ipse sententia potius suffrageris. **so c.** Quid verò Lyfimache: hisce tu adhaerebis, si plures nostrum laudabunt? **Lys.** Quidam aliud quis agit, o Socrates? **so c.** Nunquid & tu Melesia similiter faceres? Ac si de exercitatione filij consultares, nũ pluribus nostrum fidem præstares, an potius illi qui sub perito exercitandi magistro didicisset. **MEL.** Illi merito Socrates. **so c.** Ipsi itaque maiorem fidem adhiberes vni, quã nobis quatuor. **MEL.**

Seclesia paita tota.

Sciencia non mal titulone iudicare quã re est. si quis inter non artifex ea in re sit, qua de nunc deliberamus: an non? & si quis talis inueniatur, ei credendum sententia cæterorum postposita? Si nul-

lus, alius quidam nobis inuestigandus. An exigua quadã de re nunc vos periclitari censeatis tu & Lyfimachus, potius quã de vestrarum possessionum omnium pretiosissima? Eius namque bene malẽe instituti vniuersa domus paterna eodem modo gubernabitur, quo & filij affecti sunt. **MEL.** Veralo queris, **so c.** Diligenter igitur huic rei inuigiladum. **MEL.** Valde. **so c.** Quoniam igitur pacto quod modo dicebam considerauissem, si inuenire propositum fuisset quis nostrum sit certãdo maxime artificiosus? Nonne cum percuratit esse mus qui & didicit & exercuit? cuique videlicet idonei huius rei præceptores extiterunt? **MEL.** Ita quidem arbitror. **so c.** An non prius etiam quid illarũ sit, cuius præceptores quærimus, indagaremus? **MEL.** Qui illic ait? **so c.** Sic clarius fortẽ percipies: non videtur inter nos à principio cõstitisse quid illud sit de quo querimus, quis nostrum in eo maxime præstet, & huius gratia præceptores habuerit, & quis non. **NIC.** Nõne quærebamus, o Socrates, vtrũ oportet discere adulescentes armis dimicare, necne? **LO c.** Ita profus, o Nicia, sed cum de oculorum medela quærit aliquis adhibendã sit an nõ, tunc de medela putas, an de oculis consultat? **NIC.** De oculis. **so c.** Et quando queritur, vt quom frænum equo adhibendum necne, & quando, tunc non de fræno, sed equo potius consultatur? **NIC.** Verum. **so c.** Vt autem paucis comprehendam, quoties quis aliquid aliquid gratia querit, de illo ipso cõsultatio est, cuius gratia aliud queritur, non de eo quod queritur alterius gratia. **NIC.** Necesse. **so c.** Oportet itaque cõsultatorem considerare, vtrum ad eam rem curandam peritus sit, cuius gratia in presentia deliberamus. **NIC.** Omnino. **so c.** An non didum est de disciplina perquiri, adulescentum animi gratia? **NIC.** Didum. **so c.** Ergo num quis nostrum curandorum animorum arte polleat, valeatq; eos sufficienter excolere, & præceptores eruditos habuerit, inquirendum, est? **NIC.** Nunquam videnti, o Socrates, quosdam sine præceptoribus in re quadam peritiores, quã præceptoribus adhibitis euasisset? **so c.** Vidi equidem Laches, quibus ipse tamen non crederes, si se optimos artifices prædicarent, nisi opus aliquid artis illorum rectẽ perfectum & elaboratũ, & vnum & plura non trauerint. **NIC.** Verum est quod dicis. **so c.** Nos itaq; decet, o Laches & Nicia, postquam Lyfimachus atq; Melesias ad cõsultandum de filiis conuocauerit, cupientes optimos illorum animos effici, si præceptores nos habuisse fuerint, eos ostendere qui & ipsi primũ optimi fuerint, & multorum adulescentum animos erudiuerint, postea nos quoq; docuerint. Vel si quis nostrum præceptorem habuisse neget, opera sua monstrare debet, in mediũq; afferre quãnam Athenensium, vel hospitũ, aut seruũ, aut liberi, diligentia ipsorum abq; cõtrouerfia boni euaserint. Sin autẽ neutrum ostendere possimus, vt alios cõsultatores ad eam, iudicare debemus, neq; in amicorum filiis deprauandis id subire periculi, quo apud adulescentum domesticos accufationem maximam mereamur. Equidem, o Lyfimache atque Melesia, de me ipso in primis assero, nullum hac de re mihi magistrum extitisse, quantum à tenera ætate semper rem hæc affeclũ. Veruntamen Sophisti mercedem soluere non valeo, qui soli polliciti sunt bonum me & honestũ efficerẽ. Ipse verò proprio ingenio artem hæc inuenire etiã nũc minimẽ possum, quã si Nicias hic vel Laches inuenit

Quales filij tali domus gubernatio.

Pulchra regula in cogitandis rebus de quibus agitur.

Prover.

Confessio Socrati.

inuenit vel didicit, haud equidem admirabor. Etenim pecunia magis abundat, vt ab alijs discere queant: & seniores sunt, vt iam inuenire potuerint. Videtur autem mihi ad erudiendum sufficere: neq; enim tam intrepidẽ de studiis iuueni cõmodis aut incommodis statuerent, nisi potuissent satis sibi nota. Ac cætera equidem his credo, quòd verò inter se differant admiratus sum. Atqui quemadmodum paulo ante Laches iubebat, ne me dimitteres, sed percontareris, ita nunc ego vicissim te rogo iubeoq; Lyfimache, ne Lachetẽ Niciamq; dimittas, sed ab his scisciteris, dicens eis Socratẽ dixisse, rem se nec intelligere, neq; diiudicare posse vter vestrum vera loquatur: quippe cum nec inuentor harũ rerũ ipse fuerit, neq; ab alio docente didicerit. Tu autem Laches ac Nicia dicite vtriq; nobis, quem circa iuuenum educationem doctissimũ conueneritis, & vtrũ discentes ab aliquo sciat hæc, an ipsi potius inuentores sitis? Quòd si didicistis, quis vtriusq; magister? qui uel alij eiusdem professores? Vt si minus vobis ad hæc respublice negotij superest ortj, eos ad eam, persuadẽdamusq; vel muneribus, vel gratia, vel vtriusq; vt & nostrorum & vesterorũ quorũ curã suscipiant, ne improbi facti maioribus suis dedecori sint. Sin autẽ ipsi vos hoc inuenistis, adducite exempli causa, si quos forte alios diligentia vestra ex prauis bonos clarosq; homines reddiderit. Enimverò si nunc primũ docere incipitis, animaduertendũ est, nõ enim in Care (vt aiunt) Periculum fiat, sed in veltis & amicorum filiis, & planẽ contingat, quod proverbio dicitur, In doliõ glariã experiri. Dicite itaq; quid ex his adesse & competere vobis asseritis, negatise hæc tu ab his sciscitare Lyfimache, neq; eos dimittas prius, quam respondẽt. **Lys.** Probẽ loqui Socrates, o viri, mihi videtur. Si ergo vobis gratum futurum est, o Nicia atq; Laches, interrogantibus respondere, ipsi videntis: mihi certẽ & huic Melesia gratum, si veltis omnia quæ interrogat Socrates, ratione percurrere. Etenim itatum à principio dixi ideo ad cõsultandum vos adhibitos esse, quòd cogitata vobis hæc iam, vt decus est, arbitramur: præsertim cum filios habeatis vt nos, ea ferẽ in ætate iam cõsultatos, in qua de erudiendo sit cogitandum. Si ergo nihil prohibet, dicite obsecro, vnaque cum Socrate hoc considerate, & reddentes, & accipientes inuicẽ rationem. Reddẽnanque & hoc hic dicebat, de maxima quadam reum omnium nostrarum in presentia nos deliberare. Videre itaque vtrum sic agendum existimetis. **NIC.** Videris certẽ mihi Lyfimache, Socratẽ ex patre tantũ cognoscere, neque cum eo ynquam cõsuetudinem habuisse, nisi fortẽ dum esset puer, patrem sequutus aliquando vel in templo, vel alio populari conuentu tibi adhaerit. Virum autem hunc factum nondum, vt appareat, esse allocutus. **Lys.** Cur o Nicia? **NIC.** Ignorare videris, quòd quicunque sermone, quasi genere, propinquit Socrati, illique disputat, hæret, licet de alio quocumq; ceperit disputare, cogitur tandem Socratis verbis circũductus suã vitã reddere rationem, quæ sit presentis, quæ ante actã ipsius vitæ conditio. Et postquam, in hæc incidit, non prius eũ dimitit Socrates, quã cuncta hæc sufficienter examinauerit. Ego autem hoc familiariter vsus sum, ac necessarium esse cognosco huius ex verbis hæc percipi, ac quòd nunc mihi hoc subeundum sit non ignoro. Delectat me admodum huius, o Lyfimache, cõsuetudo. Neque enim obedi-

sepulto vt in memoriã reducat, si quid non redẽt vel fecerimus, vel faciamus. Ino verò necesse est cum qui hæc non refugit, cautorem in postea fieri existimantem secundum Sopolis leges tandũ discendum, quãndu viuatur, neq; sperandum a senectute mentem nonis datum iri. Mihi itaque nec inuictum est, nec in uictũdã Socrate hoc examinari. Atqui iam pridem id sciebam, sermone nobis non de pueris presente Socrate, sed de nobis ipsis futurum. Quamobrem nihil prohibet, quo minus cum Socrate vtrunque uult ipse, differam. Verum considera quo pacto Laches erga hæc affectus sit. **LAC.** Simpliciter equidem Nicia erga sermones afficior, imò vero si vis dupliciter. Porro verborum studiosus videri cupiam possem, & aliquando contra. Nã quoties de virtute vel de sapientia quadam aliquid audio disputantem, reuera vniũ dignumq; sermonibus ipsis, mira quadam afficior voluptate, contemplans dicentem simul ac dictã quã congrua inter se & consona sint, & hinc profectũ vir musicus esse mihi videtur, & armoniam suauissimam modulatus, non lyram, neque iocularia quẽdam instrumenta, sed vitam reuera cõtemperans concordia verborum & operum, concinentem secundum Doricam videlicet melodiam, non Ionicam, aut Phrygiã, aut Lydiã, sed eam certẽ quæ sola Græca est harmonia. Talis itaque vir mirificẽ suus me verbis delectat, facitq; vt verborum amatoz esse videar: itã attentione dictã illius accipio. Quisquis autem agit contra, meas offendit aures, & quò loqui videtur ornatus, eò magis facit vt videar à sermonibus abhorere. Socrates quidẽ verba nondum expertus sum, opera certẽ antea sum expertus, & quodq; mihi competum est, hũc præclaris sermonibus, omnĩq; libertate loquẽdũ dignum esse. Si ergo & hoc habet, cum eo planẽ consentio, atq; libentissimẽ ad eiusmodi viro examinare, neq; molestum mihi erit ab eo aliquid discere. Atqui & Soloniũ isthuc modo adiciãt paratur, concedo, nempe, sed a nobis duntaxat, multa senescens discere volo. Hoc igitur sit mihi cõcessum, ipsum præceptorem bonum esse, ne fortẽ dum inuitus disco, indocilis esse videar: neq; mihi curã est, vtrum sit præceptor iunior, vel nondum opinione hominum clarus, vel aliud tale quid habeat. Tibi igitur prædico Socrates, vt me quomodoque vis & doceas, & redarguas, & dicas quod ipse nouerim. Sic certẽ erga te affectus sum ex eo die, quo mecũ subuili discrimẽ, turq; virtutis fecisti periculum, specimen te præbens, quale exhibere debet quilibet iuste periculũ est facturus. Dicis ergo quòd lubet, nihil ætate nostram veritus. **so c.** Ergo inculcare vos non poterimus, quasi minus ad cõsulendum inuictũdã magis paratos. **Lys.** Sed nostrum certẽ hoc negotium est, o Socrates. Vnum enim ego te nostrum reputo. Cogita pro me adulescentum gratia, quid ab iis querere non oporteat, cump; his discendo cõsultat: nam mihi quidem multa memoria propter senium exciderunt, ex his quæ perquirere statueram: Neceorũ sanẽ quæ audia, si qui alij sermones inuenierint, meminero satis. Quapropter vos inuicem quæ præposuimus, percurrere, ego verò audiam, & cum audierim, vna cũ hoc Melesia quicquid istarũ ritus, peragamus. **o c.** O Nicia atque Laches, Lyfimache Melesiaque parendum. Quæ igitur supra inuestigare cõtinemus, videlicet quãnam præceptores nobis disciplinæ talis extiterint, vel quos alios ipsi nos

Soloni præceptum.

ipfi nos meliores fecerimus, forte nihil obesse in-
ter nos ipsos examinare. Verum eiusmodi quædam
consideratio eodem recidit, imo perinde erit, quæ
principio. Nam si de aliquo quocunque tandem con-
spertum nobis sit, quod id præfens alicui melius ef-
ficat, cui sit præfens: tum si hoc illi admovere pos-
semus, etiam illud ipsum quo de consilio caperetur,
quo quis pacto q. facillime atq. optimè sibi acquire-
ret, intelligeremus. Fortè nò intelligitis, verù sic fa-
cilius cõprehenditis. Si sciremus quòd visus oculis
præfens meliores illos facit quibus adest, rursumque
possemus oculis ipsum adhibere, patet quòd etiam
quid ipse visus sit, cognoscemus, de quo aliquando
cõsultandũ nobis esset, qua ratione quam facillimè
& commodissimè ipsum quis cõparet. Si enim id-
ipsum nobis ignotum esset quid visus, quid auditus
sit, nunquã idonei consulescunt medicinæ circa ocu-
los aut fide ellemus, in uel inguites quomodo opti-
mè quis visum auditũve recuperet. L.A.C. Vera nar-
ras ò Socrates. s.o.c. Nonne hi nos in præsentia, ò
Laches, adhiberent in cõsilio, qua ratione virtus
animi sistorũ suorũ adhibita, eos meliores efficiat?
L.A.C. Profecò. s.o.c. Nonne igitur cõstare id oportet,
videlicet quid ipsa virtus sit, intelligere? Si enim
quid virtus sit, penitus ignotemus, quo pacto con-
sulere cuiquã poterimus, viamq. optimã & facillimã
ad virtutẽ consequendã ostendero? L.A.C. Nullo
modo ò Socrates. s.o. Fatemur ne Laches, quid vir-
tus sit intelligere? L.A.C. Fatemur cerè. s.o.c. Si intel-
ligimus, certè quid sit etiam exprimere possumus.
L.A.C. Nihil prolixius. s.o. Haud tamen quid vniuersã
sit virtus latam vir optime, perquiramus. Maius
nanq. id opus, sed de parte primã aliqua videamus,
verũ satis nobis pateat, atq. hunc in modum facilior
